



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 4. Quæ minatur Capharnaum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Christi
verba e-
uertunt.

Hæreseos
incrementum.

Deum
ratioci-
nando
putant.

Vorsius
Deum
mutabi-
lem sa-
cit.

Christi sententiam suis aduersari se ipsis intelligant, eum ex vulgi sententia locutum asseuerant. Verba Domini sunt. In cilicio & cinere penitentiam egissent. Hic Caluinus; non quod præviderit Deus, quod facturi fuerint. Quomodo ergo affirmat? An Deus coniectura vltus id dixit? Mihi non tam mirum videtur id homines impios excogitasse, quam atrox, quod inde deducere conati sunt eorum posterit: nunquam enim ubi cepit, hæresis constitit. Multorum errorum etiam inter suos, in simulatus est Vorstius. Nam auctor qui examinat responsionem eius ad articulos ex Angliâ missos. Articulo Tertio, hanc illi hæresin imputat. D. cere eum; Deum de futuris per discursum & ratiocinando conijcere.

„ Nam pag. 452. dicit. [Videtur omnino quædam „ dianoiæ, sed mere diuina & nostræ valde dissimilis es- „ se in Deo; sicut ex responsione ad 11. colligi potest; „ nam de quibus absolute nihil ipse definiuit, erat o- „ cinando, vel in hanc, vel in illam partem colligere di- „ citur: Vid. exempla Gen. 18. &c. Sed improprie & me- „ conijcere „ taphorice, citraque omnem veram humani discursus „ imperfectiorem accipienda inquit.]

„ Et pag. 311. [Sapientiam Dei per se minime requi- „ rere, vt Deus omnia & singula quæcunque nunc in „ mundo sunt ab æterno scientiâ Visionis absolutâ „ prænouerit.]

„ Et. [Etiam Deus suo modo aliquando metuit h. e. „ merito suspicatur, & prudenter conijcit, hoc vel il- „ lud malum euenturum ex aliquo suo opere, si ipsum „ forte procedat, eoque opus ipsum iam inceptum de- „ ferat, aut immutat.]

Hoc est ex illa doctrina, qua negatur, Deus præui-
disse quid acturi fuissent Tyrii & Sidonii, si signa in-
tere eos edita fuissent. Sed tantum iudicate, quid hu-
mano more viderentur facturi fuisse.

QVÆSTIO III.

Annegata illis urbibus gratia?

§. 1. Non præuenit, non adiunxit magno auxilio, quo multos ducit, gratiam tamen sufficientem dedit, qua possent, non dedit illam, qua peruenirent etiam re ipsa & facto.

Itaque non negat Christus Tyriis & Sidoniis datam sufficientem gratiam, sed non datam eam, quæ Corozairis & Bethsaida, cur id non fecerit, scire non possumus, nec fas est inquirere. Ita veteres D. Prosp. Resp. lib. 1. Qui enim voluntatem Dei spreuerunt innocen-
tem, voluntatem Dei sentient vindicantem. & lib. 3. cap. 6. De Tyriis vero & Sidoniis, quid aliud possumus dicere quam non esse eis datum vt crederent, quos etiam credituros fuisse ipsa veritas dicit: si talia, qualia apud non credentes facta erant virtutum signa vidissent? Quare autem hoc eis negatum fuerit, dicant si possunt, qui calumniantur: & ostendant cur apud eos Dominus mirabilia, quibus profutura non erant fecerit. Nos etiam sirationem facti & profunditatem iudicii eius penetra-
re non possumus, manifestissime tamen scimus, & verum esse quod dixit, & iustum esse quod fecit. Et non solum Tyrios & Sidonios, sed etiam Corozaim & Bethsaida potuisse conuerti, & fideles ex infidelibus fieri, si hoc in eis Dominus voluisset operari.

Dei confi-
lumin al-
tera vita
apparet.

§. 2. August. Enchir. c. 96. In illa vita, hoc est, futura, agnitionem, quod negat Tossanus. quia ex sola doctrina est; sed tamen suæ doctrinæ, constat Deo ratio, quam electis reuelare potest.

§. 3. Non ideo petierunt, quia non est illis prædicatum, sed quia peccarunt, & gratiam suam qualem-
cunque repudiaverunt.

§. 4. Tyrus & Sidon vrbes nobiles 200. stadiis distitæ, portu opportuno plenæ diuitiis & opibus, cum illis commercia erant tribus vrbus Iudæicis, nam per Capharnaum transitus erat orientalibus

Tyram & Sidonem. De illis Isa. 23. 1. Ezech. 26. 2. & 27. 3. & 28. 2. Amos. 1. 9. Vicinæ Iudæis & fidem discere, & Dei cultum poterant. Ita magnam gratiam, si d non parem Iudæis habuerunt.

§. 5. Repudianda est prorsus eorum opinio, qui existimant puniri quosdam, quod Euangelium fuisset contemptum, si ipsis promulgaretur; eodem enim modo dici posset etiam Tyrios, Sidonios, Sodomitæ glorificandos, quod essent accepti & credituri. Verum est quod buldam non propositum fuisse, ideo quod credituri non fuissent, non tamen ideo puniendi sunt, quia erant reiecturi, sic nec datur gratia ob prauitatem vltimam liberi arbitrii, nec negatur ob prouitatem neglectum.

§. 6. August. lib. 1. ad Simplic. quæst. 2. ostendit gratiam efficacem non physica dari determinatione, sed per modum suasionis. Igitur non volentis, &c. quod hoc modo vocauit, quomodo apertum erat eis, qui secuti sunt vocationem. Et deinde: cuius miseretur, sic eum vocat, quomodo non scit ei congruere, vt vocantem non respuat, Et l. 2. de bono perseverant. c. 14.

Caluini autem respondent, vt Pareus, suasionem re-
ferri ad effectum cum interna motione, non ad ingenium hominis, vt illud sit idoneum parere suasio-
ni. Verum nemo est, qui externam suasionem sine interna gratia efficacem dicat, nemo etiam Catholi-
cus qui irresistibilem, & libertati aduersam motio-
nem admittat.

QVÆSTIO III.

Quæ vera Penitentia?

§. 1. Non sola resipiscentia, quæ sit melioris vitæ inchoatio, sed etiam in detestatione prioris, in assumpta poena cilicii & cineris contritio. Est vero hic *μετάνοια*, *תשובה* Syriace, quod aduersari de sola emendatione dictum contendunt. At cilicium, *μετάνοια* & *תשובה* ostendunt iam ante eos resipuisse animo, & potro penitentiam agere, quos vere delictorum penitet.

Errat igitur Beza quando ait cum sacco & cinere *μετάνοια* *תשובה* particulam *ἐν* exprimens per *cum*.

QVÆSTIO IV.

Quæ minatur Capharnaum?

§. 1. In Græco legitur *ἡ πόλις ἡ ἐγγὺς τῆς Βηθσαιᾶς*, quæ in celum exaltata es, ita apud Luc. 10. 15. Vaticanus & Patistensis codex habent *ἡ πόλις*, nonne vsque. In celum exaltata esse dicitur, Christi habitatio-
ne, doctrina, miraculis illustis, vel opibus, negociatione gloriâ, nam celebre admodum emporium fuit. Sententia contra eam profertur, vsque ad infernum *καὶ ἡ πόλις ἡ ἐγγὺς τῆς Βηθσαιᾶς* descendes, seu deducetur. Iun. & Tiemel. in-
pte in foueam, cum sit *ἡ πόλις*, & Piscator Calu. nianus *ἡ πόλις* dicat. *ἡ πόλις* Plutonis. [Vsque ad inferos, inquit, *ἡ πόλις* id est, domum: ellipti Attica. est autem illa periphrasis, *ἡ πόλις* gehennæ: quem infernum vulgo di. imus; Germanice die Helle. Syrus habet, vsque ad sepulchrum seu foueam, *ἡ πόλις* Erenim nomen *ἡ πόλις* schol, quod apud Heb. *ἡ πόλις* sepulchrum significat. Græci interpretes reddiderunt nomine *ἡ πόλις*, vt Plal. 16. non relinques animam meam *ἡ πόλις*: pro quo Act. 3. dicitur *ἡ πόλις* Gen. 7. Descendam ad filium meum lugens *ἡ πόλις*. Attamen istud nomen de gehenna, seu loco damnatorum accipitur, Luc. 16. 23. Et ita accipiendum quoque videtur hoc loco: quia pars mundi summa atque extrema parti infimæ atque inimicæ videtur opposita.]

Itaque

Itaque non sepulchrum modo, sed damnationem illi minatur. Iosephus eius mentionem non facit, periculis constat, quia post bellum Titianum non fuit.

QVÆSTIO V.

Cur dicat forte?

§. 1. **R**ecce *ἐπεὶ ἔειπεν αὐτὸν*, quod noster forte vertit. Quidam aiunt illud *αὐτὸν* esse affirmantis, non dubitantis. Alii esse particulam *δοῦναι*, & perinde esse, ac si dicat, potuissent manere. Franciscus Lucas. Interpretatur ex *αὐτὸν* forte, non hic tantum, sed & alias frequenter (*Job. 5. v. 46. Psal. 80. v. 15.*) id quod conuenire potest, quando particula est *δοῦναι* siue potentialis: quomodo eam hic accepisse interpretatur, ita ut forte mansissent, dixerit potuisse potuissent. Aliquando vertit, utique, (*Heb. 8. v. 7.*) ac videtur nonnunquam abusi forte pro utique, aduerbio dubitandi pro confirmandi, ut illo loco *Psalmi*, & forte *Sis etiam isto Euangelij*. Aliquando denique relinquit intactam, non vertit, (*Matth. v. 21.*) quomodo etiam alij interpretes, cum illic *v. 21. tum hic v. 23.*

Mihi hic ut alibi videtur loqui *αὐτὸν* *ἐπεὶ ἔειπεν αὐτὸν*, more humano, si enim interrogat quasi ignorans rem factam, & admittitur, quasi ignorans causam, cur non etiam dicat forte futurum fuisse, quod sciebat, certissimo futurum. Nec mirum Christum ita loqui. *Gen. 3. 22.* De verba sunt *וְיִשְׂרָאֵל בָּרַךְ* ne forte mittat, nec tamen Deus ignorabat quid acturus esset, si in paradiso mansisset, 70 verterunt, *וְיִשְׂרָאֵל בָּרַךְ*.

QVÆSTIO VI.

Recte ne verbis illis probetur idem Deus noui & veteris Testamenti esse?

§. 1. **P**lane ostendit eundem Deum, & Sodomorum vindicem, & ciuitatum, quæ nunc eorundem criminum consortes sunt; idem certe eosdem iudicabit alios remissius, alios seuerius. Idem Loth eripuit & Apostolos. Ita olim *1. 4. aduers. Hæc* res Irenæus. *Primum* & eundem annuntians Dominum, qui in temporibus Noe propter inobedientiam hominum superinduxit diluuium, & temporibus Loth propter multitudinem peccatorum Sodomitarum pluit ignem à caelo: & in nouissimo tempore propter hanc eandem inobedientiam & similia peccata, superducat diem iudicii: in quo ait tolerabilis Sodomis & Gomorribus futurum quam illi ciuitati & domui, quæ non receperunt vultum Apostolorum eius. Et tu autem Capharnaum (*dicat*) nunquid vsque ad caelum exaltaberis? Vsque ad inferos descendes: Quoniam si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, mansissent vsque in hodiernum diem: verumtamen dico vobis, tolerabilis erit Sodomis in die iudicii quam vobis. *Primum* & idem cum semper sit verbum Dei credentibus quidem ei, fontem aque in vitam æternam dans, instructus iam reos facit arborem arefaciens.

VERSUS 25.

In illo tempore respondens Iesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine cæli & terre, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

QVÆSTIO I.

Quibus Euangelium absconditur?

§. 1. **E**piphonema est, in quod Christus ex consideratione pereuntium & saluadorum prorupit. Lucas ait eum in spiritu exultasse, cum hæc diceret, nec

immediate tamen post hæc dixit, sed postquam discipuli redierunt, & retulerunt quid effecissent.

§. 2. **C**onfiteri est Deum laudare, & sapientiam, Confiteri & bonitatem prædicare, ita accipi solet *Heb. 1. 3.* Deum hada. Ita Sanctus Augustinus. Nunc ergo aduertite. laudate. Si, confiteor, Christus dixit, à quo est longe omne peccatum: non solus est peccatoris, sed etiam laudatoris. Confitemur ergo, siue laudantes Deum, siue accusantes nos ipsos. Pia est vtraque confessio, siue cum te reprehendis, qui non es sine peccato: siue cum illum laudas qui non potest habere peccatum. Et de verbis Domini in Euangelio, secundum Matth. Serm. 8. Audi ergo Dominum confitentem. Confiteor tibi, Domine, pater cæli & terre. Quid confiteor? In quo te laudo? Hæc enim confessio ut dixi laudem habet. Quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Quid est hoc, fratres? à contrario sensu intelligite, abscondisti hæc, inquit, à sapientibus & prudentibus: & non dixit, reuelasti ea stultis & imprudentibus: sed ait abscondisti quidem à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. sapientibus & prudentibus irridendis, arrogantibus falso grandibus, vere autem tumentibus, opposuit non insipientes, non imprudentes, sed paruulos. Qui sunt paruuli? humiles. Ergo abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus. Nomine sapientum & prudentum Paruuli superbos intelligi posse ipse exposuit, cum ait reuelasti ea paruulis. ergo abscondisti non paruulis, quod est, non humilibus. Quid est non humilibus, nisi superbi? O via Domini: aut non erat aut latebat ut reuelaretur nobis. Vnde Dominus exultat: auit: quia reuelatum est paruulis. Debemus esse paruuli: nam si voluerimus esse magni, quasi sapientes & prudentes, non nobis illud reuelatur. Qui sunt magni? sapientes & prudentes, dicentes se esse sapientes stulti facti sum. Habes remedium à contrario. Si dicendo te esse sapientem, stultus factus es: dic te stultum, & sapiens eris.

§. 3. **A**bscondit mysteria, & eximiam gratiæ dona à Doctis & sapientibus & prudentibus. *σοφῶν καὶ συνετῶν*. Qui sapientes humana sapientia pollebant, rudium monita asperiebantur, hi enim *σοφοί*, & *συνετοί* dicebantur, Christi facti & doctrinam disputare, & reprehendere, quam amplecti malebant.

Paruulis, idiotis, humilibus patefecit, etiam enim inter hos docti sunt & sapientes, vocantur tamen paruuli, quia se Deo subiiciunt, & non dedignantur præceptores, habere Piscatores. Itaque *ἡμῶν* non sunt infantes, sed qui dicta audiunt, credunt.

QVÆSTIO II.

Agitne gratias quod abscondit?

§. 1. **Q**uestionem proponit Chrysostomus. Non quod illis abscondit, sed quod cum illis absconderit, paruulis reuelat, abscondere dicitur, quia oblatum cum recipere nollent, retraxit. Deinde Christus eos excecavit, sed non infligendo cæcitatem, sed ob eorum petuaciam retrahendo lumen; Sic Euangelium absconditur, dum lucem, quæ id inueniant, non accipiunt, liceat eam, quæ inuenire possint, luceat. Non tamen mirum est Christum etiam idcirco laudasse Deum, quod abscondisset: nam id quod laudabile fuit, effecit, superbia enim & contumaciæ merita poena fuit.

Respondens Iesus, dicitur: quia frequenter Hebræi sic sermonem inchoant. Verum hic vera est & emphatica ad cogitationes aliorum responsio. Mirum videri poterat, tam nobiles & potentes ciuitates negligi; Christus non loquitur discipulis, sed patri gratias agit, quod ignobile & ex contemptibilibus Ecclesiam collegerit. Non dedignatus etiam eos, quos vocat superbe facies populi. Cui id faciat, causa redditur. Quia sic placuit. Nobis id summo solatio est, quod ad regnum illud non opibus, non potentia, non scientia opus sit, sed ne egessere, ne sæculi splendore

Abscondit non manifestando.

Abiectione & legi Deo.